

1 Musica instrumenta, & cantus erant in veteri testamento, sed ecclesia assumpsit secundum, quia morale est, non autem assumpsit primum, quia instrumenta illa figurata sunt, & nimis occupant animum, & ipsum movent ad corporalem delectationem, ideo sunt contra sapientiam; & ideo subtrahuntur in ecclesia instrumenta musica; ut à corporalibus re-rahantur divinis laudibus mancipati, 22. q. 9. 1. 2. ad 4.

2 Mutabile dicitur dupliciter, sc. per potentiam in eo existentem, vel per potentiam existentem in alio, 1. q. 9. 2. c.

3 Mutabilitatis principium & causa est rei potentialitas, 1. q. 9. 1. c.

4 Philosophi non consideraverunt mutabilitatem, nisi eam quæ est secundum formam à causa mutabili, 1. q. 44. 2. c. & q. 45. 2. ad 1.

5 Angeli non sunt hac mutabilitate mutabiles, quantum ad id quod in eorum natura est, 1. q. 44. 2. c. & q. 45. 2. ad 1.

6 Mutatio triplex, sc. naturalis, miraculosa & annihilatio, 3. q. 13. 2. c.

7 Nichil potest esse, ubi prius non fuit, nisi vel eo mutato, vel mutato alio in ipso, 3. q. 75. 2. c.

8 Omne quod quocumque modo mutatur, est in potentia, & manet quoad aliquid, & quoad aliquid transit, & est compositum, & acquirit aliquid prius non habitum, 1. q. 9. 1. c.

9 Mutatio accipit speciem & dignitatem à termino ad quem, non autem à termino à quo, 1. q. 45. 1. ad 2.

10 In omni mutatione oportet aliquid idem esse sub utroque termino, habens se nunc aliter quam prius, 1. q. 45. 2. ad 1.

11 Omnis mutatio possibilis fieri à quacumque creatura, potest fieri ab anima Christi, in quantum est instrumentum divinitatis, non autem secundum se, 3. q. 13. 2. ad 2.

12 Mutatum esse est pars motus discreti, & terminus motus continui, 1. q. 53. 2. ad 3.

13 Mutatio membrorum est illicita, nisi fiat propter salutem totius corporis, non autem animæ, vel nisi fiat per publicam potestatem, propter bonum commune, 22. q. 62. 2. q. 4. 1. q. 65. 1. c.

Nativitas est exitus à genere conjuncto, à quo habet principia sufficientia, & dicitur oriri, ratione primi, nasci ratione secundi, & gigni ratione tertii, 1. q. 27. 2. c.

2 Attribuitur alicui dupliciter, sc. ut subiecto nascenti, & ut termino, primum convenit tantum supposito, secundum autem for-

ma & naturæ, 3. q. 35. c. & 2. c. ad 3. & 4. c.

3 Esse, fieri & nasci proprie convenit tantum subsistenti, sed convenit formis consequenter, accidentibus autem per accidens, 3. q. 35. 1. c.

4 Nasci & oriri convenit omni & soli viventi generabili, sed secundum similitudinem convenit accidenti, aquæ, & soli, 1. q. 27. 2. c.

5 Fructus arborum, capilli, ova & hujusmodi, dicuntur nasci; sed non dicuntur filii, 1. q. 28. 2. c. & 3. q. 32. 3. c.

6 Nativitas Christi ex parte matris fuit naturalis, sed ex parte operationis Spiritus Sancti fuit miraculosa; unde beata Virgo est vera & naturalis mater Christi, 3. q. 35. 3. ad 2. fin.

7 Christus potest dici bis natus, 3. q. 35. 2. ad 4.

8 Nativitas Christi duplex, sc. nativitas æterna à patre, & nativitas temporalis à matre, 3. q. 35. 2. c. & 3. c.

9 Christus non fuit subiectus temporis in nascendo, sicut cæteri homines; sed elegit tempus quo convenientissime nasceretur, 3. q. 35. 8. c.

10 Natus est nocte, quia venit ad tenebras infirmitatis nostræ, 3. q. 83. 2. ad 2. & ad 4.

11 Voluit nasci in Bethlehem, in diversorio propter humilitatem, non autem in Hierusalem, nec Romæ, nec Nazareth, 3. q. 35. 7. c. & q. 46. 10. ad 1.

12 Voluit nasci de populo Judæorum, quia decebat eum nasci ex populo pollente speciali prerogativa sanctitatis, 12. q. 98. 4. c. ad 1. & q. 5. c. & 3. q. 4. 6. ad 3.

13 Natus est per genitalia beate Virginis, dummodo per hoc perfectionis virtutis nihil subtrahatur, secundum Hieronymum contra Helvidium. Et cum dicit Ambrosius, quod Christus apertus matris suæ vulvum, hoc dicit exponens illud quod Evangelista de lege induxit, quod quidem, ut Beda dicit; consuetudine nativitatis more loquitur; non quod Dominus sacri ventris ostium, quod ingressus sanctificaverat; egressus devirginasse credendus sit; unde illa adaptio non significat reiterationem communem claustris pudoris virginis sed solum exitum prolis de utero matris, 3. q. 28. 2. ad 1.

14 Nativitas Christi non debuit omnibus manifestari, sicut adventus ejus, nec tantum parentibus, nec omnibus occultari, 3. q. 36. 1. 2. c. & q. 39. 8. ad 3.

15 Electi sunt convenienter, aliqui de qualibet conditione hominum, quibus ostenderetur primo nativitas Christi, 3. q. 36. 3. c.

16 Christus manifestavit nativitatem suam primo per alias creaturas, secundo autem per seipsum, 3. q. 36. 4. c.

17 Nativitas Christi ostensa fuit per signa convenientia, sc. per angelos, per stellam, & per inspirationem, 3. q. 36. 5. c.

18 Fuit ostensa convenienti ordine, sc. primo pastoribus, secundo Magis, tertio Simeoni & Annæ, 3. q. 36. 3. c. 6. c.

19 Quando Christus natus est, oleum fluxit Romæ, & in Hispania apparuerunt tres soles paulatim uniti, 3. q. 36. 3. ad 3.

20 Ostensa nativitate Christi, Herodes turbatur ad dignitatem Christi, in figuram judicialis potestatis ejus, & in figuram dejectionis diaboli; sed Judæi turbantur, quia iniqui erant, & adulantes, 3. q. 36. 2. ad 3.

1 Natura dicitur à nascendo, 1. q. 29. 1. ad 4. & 3. q. 3. 1. c.

2 Non est serva, nec est domina, sed periona est serva vel domina, ratione naturæ, 3. q. 20. 1. ad 2. item 2. c.

3 Tota natura comparatur Deo, ut instrumentum agenti principali, 12. q. 1. 2. c. item q. 6. 1. ad 3.

4 Omne perpetuum est per se intentum à natura, & nihil aliud, 1. q. 98. 1. c.

5 Unum respondet semper naturæ sicut natura est una, scilicet vel numero, vel specie, vel genere, 12. q. 10. 1. ad 3.

6 Natura, sumit principium à perfectis, secundum causam agentem & formalem, non autem secundum causam materialem, sed ab imperfectis, 22. q. 1. 7. ad 3. & 3. q. 1. 5. ad 2. & 6. c.

7 Dicitur dupliciter secundum aliquos, scilicet, natura naturans, idest, Deus ordinans naturas omnium, sive auctor naturæ, vel qui creavit omnes naturas, & ut instrumentum ejus, 12. q. 1. 2. c. & q. 6. 1. ad 3. & q. 26. 1. c. & q. 67. 1. c. princ.

8 Dicitur dupliciter, scilicet, quælibet substantia vel accidens, & principium motus intranssecum, 12. q. 10. 1. c.

9 Significat quadrupliciter, primo generationem viventium, idest, nativitatem; secundo principium intrinsecum jussumque motus; tertio materiam & formam, & quarto essentiam cujuscumque rei, 1. q. 29. 1. ad 4. item 3. q. 2. 1. 12. c.

10 Supra facultatem naturæ est aliquid tripliciter, sc. quantum ad substantiam facti, quantum ad id in quo fit, & quantum ad modum & ordinem faciendi, 12. q. 113. 9. c. & 3. q. 43. 4. ad 2.

11 Quæ sunt supra naturam sola fide tenemus, 1. q. 99. 2. c.

12 Visio Dei est supra naturam animæ rationalis in quantum propria virtute ad eam pervenire non potest; sed est secundum naturam ejus in quantum est capax ejus; scientia vero increata, est ei supra naturam omnibus modis, 3. q. 9. 2. ad 3.

13 * Nulla natura potest supra se, idest in actum excedentem proportionem virtutis suæ, sed potest in objectum supra se, 1. q. 11. ad 5. fin. & q. 84. 1. ad 2. fin. & 22. q. 109. 3. ad 2.

14 Ad perfectionem naturæ inferioris concurrunt duo, scilicet, aliquid secundum motum proprium, & aliud supernaturali perfectione secundum motum naturæ superioris, 22. q. 2. 3. c.

15 Perfectio naturalis creature non solum consistit in eo quod ei competit secundum naturam, sed in eo etiam quod ei attribuitur ex quadam supernaturali perfectione divine bonitatis, 22. q. 2. 3. c.

16 In omnibus ascendendis sequi debemus naturam, præter tradita auctoritate divina, quæ sunt supra naturam, 1. q. 99. 1. c. & q. 101. 1. c.

17 Contra naturam sumitur dupliciter, sc. ut opponitur ei, quod est secundum naturam, idest, conveniens naturæ, & ut opponitur ei quod est esse à natura; primo modo potest assuefieri, non autem secundo modo, 12. q. 71. 2. ad 2.

18 Deus non facit contra naturam, 3. q. 44. 2. ad 1.

19 Ea quæ Deus facit præter solum cursum naturæ, non sunt contra naturam, 22. q. 104. 4. ad 2. & 3. q. 44. 2. ad 1.

20 Si potestas major intantum invaleseat, quod mutet contrariam inclinationem in inclinationem propriam, jam non erit aliqua repugnancia, vel violentia; sicut quando agens fortius, corumpendo corpus grave, auferit ei inclinationem qua tendit deorsum, & sic ferri sursum non est ei violentum, sed naturale, 22. q. 36. 4. c.

21 Sicut Deus non agit contra naturam, sed contra solum cursum naturæ, sic non agit contra virtutes, nec præcipit contra eas, sed contra solum modum earum, 22. q. 104. 4. ad 2. & q. 154. 2. ad 2.

22 Peccata contra naturam sunt contra Deum; ideo sunt graviora sacrilegio, quantum ordo naturæ prior est quolibet ordine superaddito, 22. q. 154. 12. ad 1. & ad 2.

23 Omne peccatum est contra naturam hominis, quoad differentiam ejus, & aliqua etiam ratione generis, ut Sodomitæ, bestialitates, & hujusmodi, 12. q. 6. 4. ad 3. & q. 71. 2. c. & q. 94. 3. ad 2. & 22. q. 34. 5. c. & q. 154. 1. c. & 11. 12. c.

1 Naturale est quod convenit rei secundum substantiam ejus, idest, quod per se inest ei, 12. q. 10. 1. c.

2 Duplex, sc. quod est à natura ut à principio activo, vel quia in natura est inclinatio ad recipiendum illud ab extrinseco, 12. q. 6. 3. ad 2.

* Nolo, significat actum voluntatis affirmatum, sed ipsum volitum negatum; ideo non est contradictorium de volo, sed est ejus contrarium, 12. q. 6. 3. ad 2.

1 Nomen nominatur ab eo per quod res cognoscitur, scilicet a prioritate, vel ab operatione, si humanitas imponatur, 1. q. 13. 2. ad 2. & 8. c. & q. 28. 3. c. & q. 33. 1. ad 3. & 3. q. 37. 2. c.

2 Unumquodque nominamus, sicut & cognoscimus, 1. q. 13. princ. & 1. c. & q. 18. 2. c. & q. 32. 2. c. & 1. q. 7. 3. c. & 1. q. 13. 2. ad 2.

3 Qualibet res nomen habet a suo complemento, 3. q. 60. 2. ad 3.

4 Quando in aliquo invenitur perfecta ratio alicujus nominis, nullo modo predicatur illud nomen de eo, cum determinatione diminvente, 3. q. 23. 4. c. & q. 23. 4. c. ad 2.

5 In rebus per se notis nobis idem est id a quo nomen imponitur, & id ad quod nomen imponitur, 1. q. 13. 8. c. & 1. q. 13. 8. c.

6 Ratio nominis magis, & principalis se tenet ex parte ejus, ad quod nomen imponitur, quam ex parte ejus, a quo nomen imponitur, 22. q. 91. 1. ad 2.

7 Nomen potest dupliciter considerari, scilicet secundum primam ejus impositionem, & secundum extensionem ejus ad alia ex usu ejus, 1. q. 67. 1. c. & 22. q. 37. 1. ad 1.

8 Nomina singularium hominum semper imponuntur ab aliqua proprietate ipsorum, 3. q. 37. 2. c.

9 Nomina ponebantur in circumcissione, sicut nunc imponuntur in baptismo, quasi ante non fuerint, 3. q. 70. 3. c. & q. 70. 3. c.

10 Omne nomen in positum divinitus alicui, significat aliquid donum gratuitum collatum ei, 3. q. 37. 2. c.

11 Nomen non sequitur modum essendi, qui est in rebus, sed ut res est in cognitione nostra, 1. q. 13. 9. c. ad 2. & q. 45. 2. ad 2. c. & 12. Sapientis est non curare de nominibus, 12. q. 54. 4. ad 2. c.

13 * In his quae apud nos sunt nunquam nomen ab aliqua forma impositum pluraliter dicitur, nisi propter pluralitatem suppositorum, 3. q. 3. 7. ad 3.

14 Nomen significat substantiam, id est cui nomen imponitur, & significat qualitatem, id est id a quo nomen imponitur, 1. q. 13. 1. ad 3.

15 Omne nomen significans naturam communem, potest supponere in concreto pro quolibet ejus supposito, 3. q. 16. 1. c. fin. & q. 33. 4. c. & 1. q. 13. 1. c. & q. 33. 2. ad 4. & 3. c.

16 Multiplicitas nominis non attenditur secundum predicacionem, sed secundum significacionem ejus, 1. q. 13. 10. ad 3. c.

17 Nomen potest dupliciter considerari,

scilicet secundum primam ejus impositionem, & secundum extensionem ejus ad alia, ex usu ejus, 1. q. 67. 1. c. & 22. q. 37. 1. ad 1.

18 Regis ordinatis aliquid inest tripliciter, scilicet per proprietatem; per excessum, & per participationem; & a primo tantum res nominantur proprio; 1. q. 108. 3. c.

19 Hoc nomen Deus dicitur ab eihm, id est a quo: vel a theate, id est considerari, seu videre, vel a thein, id est currere; vel a foveri, 1. q. 13. 8. ad 1. c.

20 Dicitur analogice de Deo vero; de Deo falso, & de Deo per participationem, non autem univoce; nec aequivoce, 1. q. 13. 9. 10. c.

21 Non est nomen proprium, sed est nomen appellativum, 1. q. 13. 9. ad 2. & 3. q. 35. 4. ad 3. c.

22 Est nomen operationis, quantum ad id ad quod imponitur ad significandum; imponitur enim ab universalis providentia rerum; sed tamen significat naturam Dei, 1. q. 13. 8. c.

23 Significat naturam divinam, in habente, 1. q. 13. 9. ad 2. c.

24 Et habet aliquid universalis, scilicet predicari essentialiter de pluribus suppositis; & aliquid singularis, scilicet non multiplicari in eis, 1. q. 13. 9. c. & q. 39. 4. ad 1. c.

25 Secundum rei veritatem est incommunicabile, 1. q. 13. 9. c. ad 2.

26 * Et per se supponit pro natura communem; sed ex adjuncto supponit pro persona, homo autem e converso, 1. q. 39. 4. ad 3. & 6. ad 1. c.

27 Potest supponere pro omnibus, & singularis personis divinis, 1. q. 39. 4. c. & 3. q. 16. 1. c. fin. & q. 35. 4. c. ad 1. c.

28 Nomina Dei non exprimentur essentiam Dei secundum quod est, sicut hoc nomen homo exprimit essentiam hominis, 1. q. 13. 1. c. & 8. ad 1. c.

29 Deus est nominabilis a nobis ex creaturis, & imperfecte; non autem secundum quod in se est, & perfecte, 1. q. 13. 1. c. & q. 28. 2. ad 2. & ad 3. c.

30 Nomina Dei imponuntur a processibus divinis ad creaturas, non autem ad significandum eos, 1. q. 13. 2. ad 2. c.

31 Nomina dicta de Deo affirmative, & absolute, significant essentiam ejus, non autem negativa, vel relata ad creaturas, 1. q. 13. 2. ad 3. c.

32 Omne nomen commune Deo, & creaturis, prius dicitur de Deo, quam de creaturis quoad rem, sed e converso, quoad impositionem nominis, 1. q. 13. 5. c. & 6. c. & q. 33. 2. ad 4. & 3. c.

33 Nomina quae significant perfectionem absolute sunt communia Deo, & creaturis; quae autem dicunt modum participandi, sunt pro-

propria creaturis; quae vero dicunt modum supereminetiam sunt propria Deo, 1. q. 13. ad 1. c. & 5. ad 3. c.

34 Nomina dicta de Deo absolute, dicuntur de eo ab aeterno; quae vero dicuntur per respectum ad creaturas, dicuntur de eo ex tempore, 1. q. 13. 5. c. & q. 34. 3. ad 2. & q. 43. 2. c.

35 Quae dicunt respectum ad creaturas consequentem actiones immanentes, dicuntur de Deo ab aeterno; si autem dicunt respectum consequentem actiones transeuntes, dicuntur de eo ex tempore, 1. q. 13. 7. ad 3. c. & q. 14. 15. ad 12. & q. 34. 3. ad 2. c.

36 Omnia nomina dicta de Deo metaphortice, vel causaliter tantum, predicantur per prius de creaturis, quam de Deo, 1. q. 13. 6. c. & q. 33. 3. c.

37 Simplex, & unjca scientia Dei potest nominari omnibus nominibus nostra cognitionis, 1. q. 14. 1. ad 2.

38 Multa nomina dicta de Deo, non sunt synonyma; quia significant idem, secundum diversas rationes, 1. q. 13. 4. c.

39 Nullum nomen dicitur proprie de Deo, quoad modum significandi, sed tantum ratione significati, 1. q. 13. 3. c. & 12. ad 1. c.

40 Nomina quae significant perfectiones absolute, dicuntur proprie de Deo; quae autem dicunt modum participandi, dicuntur de Deo metaphortice, 1. q. 13. 3. c. ad 1. c. & ad 3. c.

41 Omnis imperfectio debet excludi a nominibus, secundum quod dicuntur de Deo, 1. q. 14. 1. ad 1. c. & ad 2. c. & 12. q. 14. 1. ad 2. c.

42 Nomina passionum, quae important imperfectionem in suo formali, ut ira, tristitia, desiderium, & hujusmodi, non dicuntur de Deo, nisi metaphortice, alia vero dicuntur proprie, tamen sine passione, ut gaudium, & amor, & hujusmodi, 1. q. 13. 11. c. & q. 20. 1. ad 1. c. & ad 2. c.

43 Quanto aliquid nomen est communius, tanto convenientius assumitur in divinis, 1. q. 13. 1. c. & q. 33. 1. ad 1. c.

44 Nomina negativa verius dicuntur de Deo, quam affirmativa, 1. q. 13. 12. ad 1. c.

45 Nominibus Dei debetur reverentia ratione rei significatae, quae est una; non autem ratione vocum, quae sunt multae, ideo Deus dicitur in singulari, 22. q. 12. 3. ad 5. c.

46 Nominales antiqui reprobantur, 1. q. 14. 15. ad 3. c.

47 Non ens non est cognoscibile, nisi secundum quod fit per intellectum cognoscibile, id est ens rationis, 1. q. 16. 3. ad 2. c.

48 Quae in seipsis non sunt, apud Deum existunt, in quantum sunt praecognita, & praordinata ab eo, 12. q. 91. 1. ad 1. c.

3 Non ens non habet causam, nisi causam per accidens, 1. q. 104. 3. ad 1. c.

4 Potest esse causa per accidens, non autem causa per se, 12. q. 76. 1. ad 1. c.

5 Non velle sumitur dupliciter, scilicet vel in vi unius dictionis, vel in vi orationis; primum est infinitivum, verbi nolo, non autem secundum; & primum causae involuntarium, non autem secundum, 12. q. 6. 3. ad 2. c.

6 Omnis notitia est bona, 1. q. 22. 3. ad 3. c. & 22. q. 167. 1. c.

7 Notio est propria ratio cognoscendi personam divinam, 1. q. 13. 2. ad 2. c. & 3. c.

8 Notiones seu relationes, & proprietates personales in abstracto, necessario sunt ponendae in divinis, contra prepositivum, 1. q. 32. 2. c. & q. 40. 1. c.

9 Notiones in divinis non significantur ut res, sed ut rationes, licet sint sibi realiter, 1. q. 32. 2. ad 2. c. & 3. ad 2. c.

10 Eadem notio diversis nominibus significatur, secundum diversas rationes ejus, 1. q. 34. 2. ad 3. c.

11 Ad notionem requiruntur tria, scilicet origo, dignitas, & specificatio, 1. q. 32. 3. ad 4. c. & ad 5. c.

12 Sunt tantum quinque, scilicet inaccessibilitas, paternitas, filio, communis spiritalis, & processio, & omnes notiones, sunt relationes, praeter primam; & omnes sunt proprietates, praeter penultimam; sed tantum tres sunt personales, id est, constituentes personas, scilicet secunda, & tertia, & quinta, 1. q. 30. 2. ad 1. c. & q. 32. 3. c.

13 Deus non dicitur quintus propter quinque notiones, sicut dicitur trius, propter tres personas, & unus propter unam essentiam, 12. q. 3. ad 2. c.

14 Plures notiones patris non distinguuntur realiter ab invicem; quia non opponuntur relative, nec tamen una praedicatur de alia, 12. q. 3. ad 3. c.

15 * Filius, & Spiritus Sanctus non conveniunt in eadem notione, quia non conveniunt in aliquo speciali, sicut pater, & filius, 1. q. 32. 3. ad 5. c. & q. 35. 2. c.

16 Nulla notio sumitur ex hoc, quod nulla persona est a Spiritu Sancto, quia hoc non est dignitatis, sicut quod pater a nullo sit, 1. q. 32. 3. ad 4. c.

17 Nulla notio sumitur a remotione processiois; sicut sumitur inaccessibilitas a remotione natiuitatis, 1. q. 33. 4. ad 5. c.

18 Notorium triplex, scilicet per sententiam convicti, per confessionem in iure factam, & per evidantiam facti, 3. q. 70. 3. ad 3. c.

19 Ars notoria est illicita, quia fit per demones, & est inefficax ad scientiam acquirendam,

3 Duplex, scilicet, causatum ex principiis essentialibus rei, & quod habetur a nativitate, 1. q. 2. 12. q. 34. 3. ad 2.

4 Duplex, scilicet, quod convenit naturae generis, vel naturae speciei ratione differentiae, 12. q. 9. 2. ad 2. 3. ad 2.

5 Duplex, scilicet, secundum naturam speciei, & secundum naturam individui, & utrumque est duplex, scilicet, vel totum a natura, vel partim a natura, & partim ab extrinseco, 12. q. 19. 1. c. 1. q. 63. 1. c.

6 Duplex, scilicet, consequens formam, & consequens materiam; primum semper inest actu, non autem secundum, sicut quae pertinent ad motum, 12. q. 10. 1. ad 2.

7 Duplex, scilicet, vel ad quod natura inclinatur mediante cognitione, vel sine ea, sed ut causatum ex necessitate naturae, 12. q. 41. 3. c.

8 Naturae homini duplex, scilicet, secundum rationem, & condivisum rationi, scilicet, secundum sensum, vel secundum corpus, 12. q. 31. 7. c.

9 Naturae duplex, scilicet, causatum ex principiis naturae, & quasi propagatum cum natura; & sic originalis iustitia, & peccatum originale dicuntur naturalia, non autem primo modo, 1. q. 100. 1. c. ad 3. 12. q. 87. 2. c.

10 Omne quod fit ab agente, cui naturaliter subditur patiens, est naturale, licet non fit secundum propriam naturam patientis, 1. q. 105. 6. ad 1. 12. q. 94. 5. ad 2. 22. q. 2. 3. c. 3. q. 44. 2. ad 1.

11 In naturalibus & moralibus non quaritur quid semper fiat; sed quid fiat ut in pluribus, 12. q. 84. 1. ad 3. 96. 1. ad 3. 6. c. 1. q. 102. 6. ad 5. 22. q. 88. 9. 10. c. 1. q. 147. 4. c. 1. q. 152. 2. ad 3. 1. q. 154. 2. c. fin. 1. q. 160. 5. c.

12 Naturale inest semper in solo habente naturam immutabilem, 22. q. 57. 2. ad 1.

Nazareth interpretatur flos; ideo Christus voluit ibi conversari, non autem nasci, quia voluit florere per virtuosam conversationem, non autem per originem carnis, 3. q. 3. 7. ad 2.

1 Necessitas duplex, scilicet, absoluta, & conditionata; & haec dupliciter, scilicet, ex agente, & ex fine, & haec dupliciter, scilicet, vel simpliciter, vel quoad bene esse, 1. q. 19. 3. c. 8. ad 1. 1. q. 41. 2. ad 5. 82. 1. c. 22. q. 88. 3. ad 2. 83. 1. c. 83. 13. c. 1. q. 88. 2. c. 1. q. 6. ad 1. 1. q. 141. 6. ad 2. 1. q. 186. 5. ad 5. 1. q. 189. 2. ad 2. 3. q. 1. 2. c. 1. q. 14. 2. c. 1. q. 46. 1. c. 1. q. 65. 4. c. 1. q. 84. 5. c.

2 Necessitas ex fine duplex, scilicet, absoluta, idest, sine qua non potest aliquis vivere; & conditionata, idest, quoad decentem statum, 22. q. 32. 5. c.

3 Necessitas duplex, scilicet, conditionis, & obedi-

entiae; prima tollit rationem laudis & meriti, non autem secundam, 22. q. 58. 3. ad 2. 1. q. 81. 6. ad 3. 1. q. 186. 5. ad 3.

4 Alqua necessaria habet causam, 1. q. 44. 1. ad 2. 1. q. 50. 3. ad 3. 1. q. 192. q. 93. 4. ad 4.

5 Necessitas quae provenit ex principio intrinseco, ut omne compositum, ex contrariis est necessario corruptibile, est necessitas naturalis & absoluta, 1. q. 82. 1. c.

6 Necessarium & contingens consequuntur ens in quantum huiusmodi, 1. q. 22. 4. ad 3.

7 Necessitas conditionis absolute causae omnino involuntarium, & omnino excludit culpam; non autem necessitas conditionata vel mixta, idest, metus, 12. q. 6. 4. c. 1. q. 5. 6. c. 6. ad 1.

8 Quilibet in extrema necessitate, vel sua vel alterius, potest sine peccato auferre per vim vel occulte a quocumque, quia tunc omnia sunt communia, 22. q. 21. 3. ad 3. 1. q. 32. 7. ad 3. 1. q. 62. 5. ad 4. 1. q. 66. 6. ad 14. 7. c. 1. q. 110. 3. ad 4.

9 Necessitas non subditur legi, 12. q. 96. 6. c. fin. 22. q. 147. 3. ad 2. 1. q. 4. c. 1. q. 80. 8. c. fin.

10 In subventionem necessarium plus tenetur homo filio quam parenti; sed in honore, reverentia & obedientia, & voluntate est e converso; quia honor filii magis dependet ex honore patris, quam e converso, 22. q. 32. 3. ad 4.

11 In extrema autem necessitate magis licet deserere filios, quam parentes; quos nullo modo deserere licet propter beneficia, 22. q. 31. 3. ad 4.

1 Causa negationis duplex, scilicet, negatio causae, & positio contrarii, 12. q. 75. 1. c.

2 Negatio non est proprie in specie, sed reducit ad speciem suam affirmativam, 1. q. 33. 4. ad 3. 12. q. 71. 6. ad 1. 1. q. 72. 6. ad 3. 22. q. 79. 3. ad 1.

3 Omnis negatio de aliqua re fundatur sua per aliquid existens in ea, 12. q. 72. 6. c.

Negative dicitur, quando res non habet aliquid quod est in alio nec debet habere privative vero, quando caret eo quod debet habere, 1. q. 12. 4. ad 2.

1 Negligens secundum Isidorum dicitur quasi nec eligens, 22. q. 54. 2. c.

2 Negligentia pertinet ad actum interiore, ideo oritur ex aedia, sed pigritia & torpor pertinet ad executionem, scilicet, prima tardando & secunda remittendo, 22. q. 54. 2. ad 1.

3 Negligentia deficit ab actu praecipiendo per defectum promptae voluntatis; inconstancia vero quasi impedit ab alio, 20. q. 53. 2. c. fin. 1. q. 54. 2. ad 3.

4 Est generale peccatum, 22. q. 54. 1. c. Est

Est peccatum mortale dupliciter tantum scilicet, vel quando praetermittitur actus seu circumstantia necessaria ad salutem, vel ex contemptu, 22. q. 54. 3. c.

6 Trahitur ad aliud genus peccati manifestum, quando praetermittitur aliquid necessarium ad salutem, 22. q. 54. 3. ad 3.

7 Amor minor, per defectum fervoris charitatis, causat negligentiam venialem; per defectum vero essentiae charitatis causat negligentiam mortalem, 22. q. 54. 3. c. ad 1.

8 Directe opponitur sollicitudini; ideo pertinet ad imprudentiam; sed opponitur timori, in quantum timor excitat rationem contra negligentiam, 22. q. 53. princ. 1. q. 54. 2. c.

9 Propter negligentiam considerandi nocentia, quae consequi possent, imputantur homini ad peccata mala, quae eveniunt praeter eius intentionem, si dabit operam rei illicitae, 12. q. 83. 8. c. item q. 74. 3. ad 2. 22. q. 62. 5. ad 2.

Negotia secundaria contingit dupliciter aliena tractare, scilicet, seculariter, idest vel propter favorem hominum, vel propter luca; & pie, idest in auxilium indigentium, & miserorum; secundum est religiosum, non autem primum, 22. q. 18. 3. ad 2. 1. q. 187. 2. c. 1. q. 188. 2. ad 2. 1. q. 189. 6. ad 1.

1 Negotio de se non est vitiosum, licet habeat turpitudinem; ideo licita est, si sit ad finem honestum, vel necessarium, idest quod negotiator lucratur moderate, scilicet, vel ad sustentationem suae domus, vel pauperum, vel communitatis, non in seculo, iusto contractu, & non ad caritatem, 22. q. 77. 4. c.

2 Commutatio naturalis est licita clericis, non autem negotiatio; quia sit ad lucrum terrenum, cuius debent esse contemptores, & est cum frequentia vitiorum; & nimis retahit animum ad spiritualibus ad curas seculares, 22. q. 40. 2. c. 1. q. 77. 4. ad 3. 1. q. 187. 2. c.

3 Non omnis vendens carius quam emit, est negociator, sed tantum si ad hoc emat, ut carius vendat, 22. q. 77. 4. c. ad 3. 1. q. 87. 2. ad 1.

1 Nemesis non potest esse de bonis honestis, sed de bonis temporalibus, & prohibetur a Deo; quia temporalia sunt quasi nihil respectu aeternorum, licet secundum Aristotelem, Nemesis sit laudabilis, 22. q. 36. 2. c. fin.

2 Nemesis, & misericordia contrariantur secundum estimationem, quia secunda dolet, aestimans aliquem indigna pati, sed prima gaudet, aestimans aliquem digna pati, dolens indignis bene accidere, & utrumque est laudabile, 22. q. 30. 3. ad 2. 1. q. 4. item q. 36. 2. c. 1. q. 165. 1. c.

5. Th. Op. Tom. VII.

Neomenia celebrabatur quolibet mense in novitate lunae, ad commemorandum opus gubernationis Dei; non autem in plenitudine propter idololatriam, & figurabat illuminationem Ecclesiae per Christum, 12. q. 102. 4. ad 10.

1 Nescire dicitur dupliciter, scilicet, metaphorice, idest reprobare, & proprie, idest careere notitia; primum convenit Deo respectu aliquorum, non autem secundum, 22. q. 188. 3. ad 1.

2 Nescire illa quae quis potest, & tenetur scire, vitiosum est, 1. q. 12. 4. ad 2. 12. q. 76. 2. ad 5. 4. ad 3. 1. q. 94. 4. c. ad 2. 1. q. 22. q. 16. 2. ad 3.

1 Neutrum genus est informe, & indeterminate; ideo praedicatur de re perfecta, & imperfecta, de re subsistente, & non subsistente, 1. q. 31. 2. ad 4.

1 Nihil fit ex nihilo naturaliter, idest per motum, sed a Deo fit aliquid ex nihilo per creationem, 1. q. 45. 2. ad 1.

2 Majoris virtutis est facere aliquid ex nihilo, quam facere ex contrario, 1. q. 45. 4. ad 2.

3 Beatus Nicolaus aurum furtim in domo proficiens, vitare voluit humanum favorem, & verecundiam illius qui beneficium accepit, ut esset majus beneficium, 22. q. 107. 3. ad 4.

Nativitas speciali modo agitur poenitentiam, quibus aliquid fuit adiunctum fidei, quam conceperat ex praedicatione Iohannis, 3. q. 84. 7. ad 1.

1 Nitore anime duplex, scilicet, ex refugentia luminis naturalis rationis; & ex refugentia Dei, 12. q. 86. 1. 3.

2 Duplex, scilicet, habitualis, & actualis; sicut duplex nitore corporis, scilicet, intrinsecus, & extrinsecus, 12. q. 89. 1. c.

3 Quod acquirit aequalem perfectionem per se, vel per pauciora, nobilior est; non autem si acquirit minorem, 1. q. 77. 2. c. 12. q. 5. 5. ad 2.

1 De ratione poenae est, quod nocet agenti in seipso, culpa vero in actione, 1. q. 48. 5. ad 4.

2 Prius est, quod nocet meliori, quam quod nocet peiori, 12. q. 39. 4. ad 3.

3 Naturalis inclinatio inest homini ad repellendum nociva dupliciter, scilicet, defendendo se, ne inferantur iniuriae, & ulciscendo illatas, 22. q. 108. 2. c.

4 Divina providentia protegit hominem in primo statu, ab omni nocivo, 1. q. 97. 2. ad 4.

5 Non fuerunt aliqua nociva homini a principio, sicut sunt nunc per peccatum; quae tamen ei profunt ad humilitatem, & ad contemplationem, 1. q. 69. 2. ad 2. item q. 72. ad 6. item 22. q. 165. 1. c.

dam, quia nullus umquam per demones scientiam acquisivit, quia ad demones non pertinet illuminare intellectum, 1. q. 64. 5. ad 5. & 22. q. 96. 1. o.

1 Notum per se est cuius predicatum est de ratione subiecti; & hoc dupliciter, scilicet simpliciter, & quoad nos, 1. q. 85. 2. 1. o. & q. 17. 3. ad 2. & q. 85. 6. c. & q. 87. 1. ad 1. & 12. q. 94. 2. c.

2 Dicitur dupliciter, scilicet per nihil aliud notum, ut prima principia, vel non per accidens, 1. q. 87. 1. ad 1.

3 Universale est notius minus universalis, quoad simplicem apprehensionem, sed est e converso, quoad investigationem universalium proprietatum, & causarum, 1. q. 85. 3. o.

4 Singulare est prius, & est notius universalis, quoad nos, & universalis est notius minus universalis, 1. q. 85. 3. o.

5 Veritatem esse in communi est per se notum, etiam quoad nos, non autem veritatem primam, 1. q. 2. 1. ad 3.

Facilius dispensandum est cum novitiis, & imperfectis, in jejuniis, quam cum antiquioribus, & perfectis, 22. q. 147. 4. ad 5. & q. 189. 1. ad 4.

Nugae in ore sacerdotum sunt blasphemiae, & sacrilegium materialiter, non autem formaliter, * ex eo tantum, quod sacerdotes sunt personae sacrae, 22. q. 99. 3. ad 3.

1 Numerus duplex, scilicet species quantitates, & numerus transcendens, 1. q. 30. 3. o.

2 Denarius est signum perfectionis, in quantum est quodammodo terminus omnium numerorum, 22. q. 87. 1. c. & 3. q. 31. 8. c.

3 Absolutus est in intellectu tantum, 1. q. 30. 1. ad 4. & 2. ad 5.

4 Pluralis frequenter ponitur pro singulari in Scriptura sacra, 12. q. 82. 2. ad 1. & 3. q. 46. 11. ad 3.

5 Termini numerales, transcendenter sumpti sunt in divinis & significant ea de quibus dicuntur, addendo indivisionem tantum, sed ut pertinent ad genus quantitatis, non dicuntur in divinis, nisi metaphorice, 1. q. 30. 3. o.

6 Termini numerales in divinis sunt in plusquam-essentia, vel relatio, vel motio, & significant utrumque, si addantur eis, 1. q. 30. 3. ad 1.

7 Numerus numeratus in creaturis dicitur totum, & partes, non autem in divinis, sed absolutus etiam in divinis dicitur totum, & partes secundum rationem tantum, 1. q. 30. 1. ad 4.

8 Numerus absolutus mensuratur etiam in divinis secundum rationem; non autem numeratus, nisi in creaturis, 1. q. 30. 2. ad 5.

Dare aliquid pro matrimonio ut est in officium, est licitum, non autem ut est sacramentum, vel pro benedictione nuptiarum, sed est simonia, 22. q. 100. 2. ad 6.

1 Nutrire non convenit formae, nec materiae, quia omne nutritus convertitur in nutrimentum, & manet, 3. q. 77. 6. c.

2 Nullum sensibile nutrit, praeter tangibile, sed sapor est signum alimenti convenientis, & delectamentum ejus, 22. q. 141. 5. o.

1 Natus dicitur signa ad vilum, sicut locutio ab auditu, 1. q. 1. 7. 1. o.

Nycticorax est acuti visus in nocte, id est significat eos, qui sunt acuti in temporalibus, & hebetis visus in die, id est in spiritualibus, 12. q. 102. 6. ad 1.

O

1 Obedientia non est virtus theologica, sed est virtus moralis, 22. q. 104. 2. ad 2.

1 Est medium duorum virtutum, scilicet inter superfluum, & diminutum, sed superfluum ejus non est secundum quantum, sed secundum alias circumstantias, scilicet, vel cui non debet obedire, vel in quibus non debet, 22. q. 104. 2. ad 2.

3 Est pars iustitiae specialis, sed improprie, 22. q. 104. 2. ad 2.

4 Proprium obiectum obedientiae est praecipium tacitum, vel expressum, id est voluntas superioris quocumque modo innoscatur, 22. q. 2. 5. ad 3. & q. 104. 2. c. ad 2. & ad 3. & 3. ad 1.

5 Importat necessitatem respectu ejus quod praecipitur; & voluntatem respectu impletionis praecipii, 3. q. 47. 2. ad 2.

6 Est in voluntate subjective, 22. q. 104. 2. 5. ad 3.

7 Dicitur dupliciter, scilicet large, id est omnis executio cuiuscumque quod potest esse sub praecipio quacumque intentione; & proprie, id est intendens specialem rationem obiecti, scilicet praecipii. Primo modo est virtus generalis, secundum autem modo; est virtus specialis, 22. q. 47. ad 3. & q. 104. 2. o. & 3. ad 1.

8 Triplex, scilicet indiscreta, quae etiam in illicitis obedit; imperfecta sed sufficiens ad salutem, quae scilicet obedit in iis ad quae obligatur; & perfecta, quae scilicet obedit in omnibus licitis; ad secundam tenetur quilibet, sed ad primam, & tertiam nullus tenetur, 22. q. 104. 5. ad 3.

9 Omnis obedientia est eadem in specie, sed causatur ex diversis speciebus reverentiae, 22. q. 104. 2. ad 4.

10 Bonum necessarium ad salutem non debet dimitti propter obedientiam, sed quodlibet alium, 22. q. 104. 3. ad 3.

11 Omnes actus virtutum, ut sunt in praecipio, pertinent ad obedientiam, 22. q. 104. 3. ad 2.

12 Obedientia non est prior aliis virtutibus, nec tempore, nec natura, 22. q. 104. 3. ad 2.

13 Est major omni alia virtute morali, sed est minor virtutibus Theologicis, 22. q. 104. 3. o.

14 Procedit ex reverentia superiorum, ideo respectu praetati continetur sub observantia; sub pietate vero respectu parentum, sed respectu Dei, pertinet ad devotionem, quae est principalis actus religionis, 22. q. 104. 3. ad 4.

15 Obedientia generalis requiritur ad fidem; sed obedientia specialis sequitur eam, 22. q. 47. ad 3. & q. 104. 3. ad 2.

16 Caritas sine obedientia esse non potest, 22. q. 104. 3. c. fin.

17 Obedientia est ut mater omnium virtutum, quia causantur & conservantur per actum ejus, caritas vero ut finis, 22. q. 104. 2. ad 2.

18 Quanto minus habet de suo, tanto melior est secundum apparentiam, non autem apud Deum, 22. q. 104. 2. ad 3.

19 Praefertur omnibus sacrificiis, 3. q. 47. 2. c.

20 Omnis voluntas creaturae tenetur obedire praecipio Dei, 22. q. 104. 4. 5. o. & q. 354. 2. ad 2.

21 Quilibet tenetur iure naturali & divino, obedire suo superiori, scilicet homo homini, 22. q. 69. 1. c. & q. 88. 10. ad 2. & q. 104. 1. o. & 5. princ. & 6. ad 2.

22 Homo non tenetur obedire homini in pertinentibus ad interiorem motum voluntatis, vel ad naturam corporis, sed Deo, 22. q. 104. 5. c. ad 2. & 6. ad 1. & q. 122. 4. ad 3. & q. 186. 7. ad 1.

23 Majori potestati magis est obediendum, quam minori, quae totaliter subest ei, vel in quibus subest ei, 22. q. 104. 6. & q. 105. 2. c.

24 Subditus non tenetur in omnibus obedire suo superiori dupliciter, scilicet propter praecipium majoris potestatis, vel in quibus non subditur ei, 22. q. 69. 3. ad 1. & q. 104. 5. o. & q. 186. 2. c.

25 Seculares tenentur obedire praetatis suis spiritualibus, in iis tantum quae promiserunt in baptismo, 22. q. 186. 5. ad 1.

26 Subditus non tenetur obedire praetato suo spirituali praecipienti sibi, quod revelet culpam fratris sui omnino occultam, sed peccaret uterque, 22. q. 33. 7. ad 5. & q. 70. 1. c. ad 2.

27 Religiosi tenentur obedire suis praetatis

in iis tantum, quae in regula continentur directe, id est expresse, vel indirecte, id est implicite, ut mutua obsequia, & poena, & humilissimi, 22. q. 104. 5. ad 3. & q. 186. 5. ad 4.

28 Eremitae & praetati religionum tenentur obedire episcopis in omnibus sicut & alii, & specialiter in iis quae sunt religionis; nisi sint exempti, qui tamen exempti tenentur obedire summo Pontifici, 22. q. 67. 1. ad 3. & q. 186. 5. ad 3.

29 Christiani tenentur obedire principibus secularibus si habent justum dominium, si licita praecipiant, & de secularibus, aliter autem non, 22. q. 104. 6. c.

30 Miles tenetur obedire duci in rebus bellicis tantum; & servus domino suo in servilibus; & filius patri in rebus domesticis & disciplinariis; & quilibet superiori suo, secundum rationem superioritatis, 22. q. 104. 5. o.

31 Miles debet magis obedire duci in rebus bellicis, & civis rectori in civilibus, quam patri; sed in rebus domesticis est e converso, 22. q. 26. 8. ad 3.

1 Obiectum non est materia ex qua, sed est materia circa quam: & habet rationem formae, in quantum dat speciem, 12. q. 18. 2. ad 2. & q. 73. 3. ad 1.

2 Proprium obiectum potentiae vel habitus est illud, sub cuius ratione formali omnia referuntur ad potentiam vel habitum, 1. q. 14. 7. c. princ. & 12. q. 13. 3. c.

3 Obiectum potentiae vel habitus duplex, scilicet materiale, & formale, 1. q. 1. 3. c. & 22. q. 1. 1. c.

4 Diversitas formalis obiecti diversificat potentias vel habitus, non autem diversitas materialis, 1. q. 1. 3. c. & q. 59. 2. ad 2. & ad 3. & 4. c. & q. 77. 3. c. & 12. q. 54. 2. ad 1. & q. 572. ad 2. & 22. q. 59. 2. c. ad 1.

5 Diversitas obiecti duplex, scilicet secundum naturam ejus, & secundum virtutem agendi: prima causat materialem diversitatem passionum, secunda vero causat diversitatem formalem & specificam, 12. q. 23. 4. c. & q. 30. 2. c.

6 Ratio obiecti diversa, secundum universale, & particulare, vel secundum totum & partem, facit unam artem, vel unam virtutem esse principalem respectu alterius, 22. q. 50. 3. c.

7 Obiecta diversorum generum aequaliter semper sunt diversarum potentiarum; non autem si sint diversorum generum inaequaliter, 12. q. 8. 2. ad 2.

8 Potentia superior respicit universaliorum rationem obiecti, quam potentia inferior, 1. q. 1. 3. ad 2. & q. 59. 4. c. & q. 77. 3. ad 4. & q. 78. 1. c.

9 Habitus morales & eorum actus, nominantur

nantur & specificantur ex objecto, & sine proprio, 12. q. 12. 2. c. & q. 21. 1. ad 2. & 22. q. 19. 3. 4. 5. & q. 23. 4. c. & q. 24. 4. c. & q. 25. 1. c. & q. 47. 5. 11. c. & q. 50. 2. 3. c. & q. 59. 2. c. ad 1. & q. 81. 3. c. & q. 174. 1. c.

10 Quando ratio objecti, & objectum materiale sub uno actu referuntur ad potentiam & habitum, tunc non distinguuntur potentia vel habitus utriusque, 12. q. 17. 2. ad 2.

11 Non semper objectum actionis humanae est objectum potentiae activae, sed potentiae passivae aliquando; nec semper objectum potentiae activae est effectus ejus, sed quandoque est materia ejus circa quam, 12. q. 18. 2. ad 3.

1 Oblatio est omne quod exhibetur in cultu Dei; sacrificium vero est, si inde fiat aliquid sacrum consumendum, 22. q. 85. 3. ad 3. & q. 86. 1. c.

2 Data pauperibus non dicuntur sacrificia, nisi improprie, inquantum dantur propter Deum; nec dicuntur oblationes, 22. q. 86. 2. ad 1.

3 Ad oblationes aliquis tenetur quadrupliciter, scilicet ex conventionione praecedenti, deputatione, indigentia ministrorum, & consuetudine, non autem ex praeepto legis, 22. q. 86. 1. c.

4 Oblatio debita tertio, & quarto modo est voluntaria, quoad quantitatem, & speciem rei, & non ex necessitate praeepti, 22. q. 86. 3. c.

5 Oblatio animalis caeci, & claudi reddatur illicita tripliciter, scilicet ratione Dei, contemptus, & voti, 12. q. 102. 3. ad 7. item 22. q. 86. 3. ad 3.

6 In nova lege potest fieri de qualibet re, praeterquam de injuste acquisitis; non autem in veteri lege, propter significationem, 22. q. 86. 3. c.

7 De mercede prostituti prohibetur in lege veteri propter immunditiam; in nova vero lege propter scandalum, 12. q. 102. 3. ad 7. & 22. q. 32. 7. ad 2. & q. 86. 3. ad 1.

8 Non dantes oblationes debitas possunt puniri per subtractionem sacramentorum; non tamen a sacerdote cui debentur, ne sacerdotes videantur per sacramentorum exhibitionem aliquid exigere; sed per superiorem aliquem, 22. q. 86. 1. ad 3.

9 Oblationes ad solos sacerdotes pertinent, vel pro se, vel pro pauperibus, vel pro cultu divino, 22. q. 86. 2. c.

10 Religiosi possunt recipere oblationes tripliciter, scilicet ut pauperes, ut ministri, & ut curati, si parochiae sint eorum, 22. q. 86. 2. ad 2.

11 Oblationes non consecratae possunt cedere in usum laicorum per dispensationem sa-

cerdotum, sed oblationes consecratae non, 22. q. 86. 2. ad 3.

12 Oblatio parva, cum humiliter mente, & pura dilectione purgat peccata venialia, & mortalia, 22. q. 50. 3. ad 2.

13 Oblatio Melchisedech figurabat sacrificium nostrum quoad materiam, sed quoad passionem Christi figurabat agnus, & alia sacramenta veteris legis, 3. q. 61. 3. ad 3.

1 Obligari potest unus pro alio in his tantum ad quae omnes tenentur, 3. q. 71. 1. ad 3.

2 Praeceptum non obligat antequam sit divulgatum, 12. q. 90. 4. ad 2. item ad 3.

3 Obligatio fit homini verbo exteriori; Deo autem verbo interiori, 22. q. 88. 1. c.

4 Homo maxime Deo obligatur ad fidelitatem, ratione domini, & beneficiorum, 22. q. 88. 3. c. ad 1.

5 Ex qualibet promissione fit obligatio juris naturalis; secundum honestatem, non autem juris civilis, 22. q. 88. 3. ad 1.

6 In fine primi septenni homo incipit esse aptus ad promittendum aliquid in futurum, & praecipue ad quae ratio naturalis inclinatur, non autem ad obligandum se perpetuo, 22. q. 10. 2. c.

7 In fine secundi septenni homo potest se obligare de pertinentibus ad propriam personam, scilicet vel ad religionem, vel ad conjugium; sed post tertium septennium etiam de aliis, 22. q. 102. 8. ad 1. & q. 104. 5. c. fin.

1 Obscuritas intellectus triplex, scilicet esse ex nihilo, ex discursu, & ex peccato; prima est in omni intellectu creato; secunda est tantum in homine, etiam in statu innocentiae; tertia est tantum in homine post peccatum, 1. q. 94. 1. 3. & 22. q. 5. 1. ad 1.

1 Observantia est sub pietate, sicut pietas est sub religione; & est virtus specialis, per quam honorantur personae in dignitate constitutae, 22. q. 80. c. & q. 102. c. & q. 103. 3. c.

2 Directe respicit personam excellentem; ideo secundum diversas rationes excellentiae diversas species habet, 12. q. 104. 1. ad 4.

3 Exhibere honorem personis in dignitate constitutis contingit dupliciter, scilicet ratione propriae personae, vel respectu boni communis; primum pertinet ad observantiam, secundum vero ad pietatem; ideo pietas est dignior observantia, 22. q. 102. 3. c.

1 Obstetrix non fuit in nativitate Christi; sed mater ejus omnia per se fecit, 3. q. 55. 6. ad 3.

2 Obstetrices Hebraeorum fuerunt remuneratae a Deo propter pium affectum earum; non autem propter mendacium licet fuerit mendacium officiosum, 12. q. 114. 10. 2. & 22. q. 110. 3. ad 2. item 4. ad 3.

Obli-

Obstinata mente peccare aggravat peccatum, & dicitur peccatum in Spiritum Sanctum; cuius triplex est causa, scilicet longa consuetudo peccandi, incredulitas de iustitia Dei, & seductio inimici, 22. q. 88. 6. c. fin.

1 Occasio agendi injuste non debet dari, 22. q. 78. 4. c. & q. 124. 1. ad 3.

1 Occidere animalia bruta non est peccatum, nisi hoc fiat in damnum proximi; quia animalia bruta sunt, vivunt, & conservantur propter hominem, 22. q. 64. 1. c. ad 3. item 3. ad 2.

2 Bruta occidi mandatur a Deo in damnum dominorum suorum; & ad detestationem peccati, & ad exemplum, 12. q. 105. 2. ad 1. item 22. q. 108. 4. ad 3.

3 Occisio animalium in sacrificiis erat utilis, non quidem secundum se, sed sextuplici ratione secundum gloriam, scilicet ut Deo quis animalia offerret potius quam idolis; ad flagellandum durum, inquantum erant ad satisfactionem; ad instruendum insipientem ratione significationis; ad ostensionem delicti & humanae infirmitatis; ad manifestationem & testimonium gratiae; & ad futurorum significationem, 12. q. 102. 3. ad 5.

4 Nulli licet occidere peccatores, nisi auctoritate principis, 22. q. 64. 3. c. & 5. ad 2. & ad 3. & q. 6. c. & q. 65. 1. c. ad 2.

5 Ad bonum communis est licitum, quando potest fieri sine periculo bonorum, 12. q. 100. 8. ad 3. & 22. q. 25. 6. ad 2. & q. 64. 2. c. & q. 3. 6. c. & q. 65. 1. c. & q. 108. 1. 3. c.

6 Mors inflicta per iudicem peccatori prodest ei, si convertatur, ad culpae expiationem; si vero non convertatur, prodest ei ad terminationem; quia per hoc tollitur ei potestas amplius peccandi, 22. q. 25. 6. ad 2.

7 Occidere justum est gravius peccatum, quam occidere injuste peccatorem, 22. q. 64. 6. ad 2.

7 Moyses occidens Aegyptium non peccavit, quia vel hoc fecit ex inspiratione Dei, vel defendendo injuriam; vel potest dici secundum Aug. in qu. exod. factum Moyse quidem vitiosum fuisse, fuisse tamen signum virtutis ejus, quia populum liberaturus erat, 22. q. 60. 6. ad 2.

9 Clericis non licet occidere peccatores, licet hoc liceret sacerdotibus veteris legis, 22. q. 64. 4. c. & q. 70. 1. ad 3.

10 Occidens etiam volentem hoc, facit injuriam occiso, & Deo, & reipublicae; ideo David damnavit dicentem, occidi Saul, 3. q. 47. 6. ad 3.

11 Occidere se quacumque de causa semper

est peccatum mortale; nisi hoc fiat ex inspiratione Dei, sicut Samson, per quem Deus miracula faciebat; sicut quaedam sanctae mulieres, quarum memoria in ecclesia celebratur, 22. q. 59. 3. ad 2. & q. 64. 5. c. & q. 124. 1. ad 2. & q. 47. 6. ad 3.

12 Occidens se facit injuriam Deo, inquantum est aliquid Dei, scilicet creatura & imago ejus; & injuriam civitati vel communitati, inquantum est pars ejus; ideo punitur secundum legem divinam, & conservantur humanae sententiae carentia sepulturae, 22. q. 59. 3. ad 2. & q. 64. 5. c. & q. 47. 6. ad 3.

13 Nullo modo licet occidere innocentem, nisi de mandato Dei, 12. q. 94. 3. ad 2. & q. 100. 8. ad 3. & 22. q. 64. 6. c. & q. 104. 4. ad 2. & q. 154. 2. ad 2. & q. 47. 6. ad 2.

14 Percutens seu occidens praegnantem est homicida; & est irregularis, si sequatur mors ejus, vel mors foetus animati anima rationali, 22. q. 64. 8. ad 2.

15 Gravius peccat occidens injuste hominem corporaliter, quam occidens eum spiritualiter; quia primum intendit, & causat sufficienter; non autem causat sufficienter secundum, quod tamen est pejus, 12. q. 73. 8. ad 3. & 22. q. 73. 3. c. ad 2. & q. 115. 2. ad 2.

16 Christus occisus fuit ab aliis, & non a se, nisi indirecte, nec impediendo cum posset, 3. q. 22. 2. ad 1. & q. 46. 3. ad 2. & q. 47. 2. c. & q. 50. 1. ad 2. & q. 51. 3. c.

17 Peccatum occidendum Christum fuit maximum quoad Pontifices & Judam; minus vero quoad alios; 3. q. 47. 4. ad 2. & q. 6. c.

18 Occidens invadentem se, defendendo se cum moderamine inculpatae tutelae, nec intendens mortem ejus, non peccat, 22. q. 64. 7. c.

19 Quilibet occidens hominem, etiam defendendo se, & quilibet participans in causa sanguinis, est irregularis, 22. q. 40. 2. c. fin. & q. 64. 7. ad 3. & q. 108. 4. ad 2.

20 Occidens hominem a casu non est homicida, nec est irregularis, si dabit operam rei licite, & adhibuit debitam diligentiam, 22. q. 64. 8. c.

1 Occultatio quandoque est causa peccati, scilicet utendo ea ad peccatum, ut in furto, fraude, & dolo; quandoque vero est circumstantia diminuens peccatum ratione veterundiae, vel contra scandalum, 22. q. 66. 8. ad 1.

1 Otiosum verbum, quod plerumque est peccatum veniale, potest etiam esse peccatum mortale, 12. q. 72. 6. ad 1. & fin.

1 Otium est dissonantia appetitus animalis, vel appetitus rationalis ad apprehensum ut disconveniens; sicut amor ex consonantia ejus ad conveniens; 12. q. 29. 1. 2. c.

2 Non potest esse vitium capitale, quia amor

- amor veri boni, & odium veri mali sunt primæ passionis, sed apparentis sunt ultimæ, 22. q. 34. 5. 6. & 6. c. & q. 158. 7. ad 1.
- 3 Potest esse prima passio, non autem potest esse primum peccatum, sed ultimum, 22. q. 34. 5. 6. & 6. c.
- 4 Omne odium in proximum quoad naturam vel gratiam, est peccatum, non autem odium in proximum quoad culpam, 22. q. 25. 6. c. & q. 34. 3. 6.
- 5 Est maximum peccatum contra proximum, quoad inordinationem peccantis; sed actus exterior est maximum peccatum, quoad nocumentum, 22. q. 34. 5. 6.
- 6 Est subjective in concupiscibili, 1. q. 81. 2. ad 3. & 12. q. 23. 1. 2. c. & 4. c.
- 7 Bonum sub ratione boni non potest odiri, nec in universali, nec in particulari; sed verum & ens possunt odiri in particulari tripliciter, scilicet ut verum est causaliter & originaliter in ipsis rebus; vel ut est in cognitione ipsius hominis, vel ut est in intellectu alterius; non autem possunt odiri in universali, 12. q. 29. 5. c. & 22. q. 34. 1. c.
- 8 Sicut bonum est obiectum amoris, sic & malum est obiectum odii, 12. q. 29. 1. c.
- 9 Omne impediens à beatitudine debet odiri, 22. q. 26. 7. ad 1. & q. 34. 3. ad 1.
- 10 Nullus potest se odire, nisi per accidens, scilicet ratione obiecti mali quod videtur bonum, vel è converso, & ratione sui quod videtur principale, & non est, 12. q. 29. 4. c. & 22. q. 25. 7. c.
- 11 Dissonantia est causa odii, & convenientia est causa amoris, 12. q. 29. 1. 2. 5. c.
- 12 Odium convenientius ponitur oriri ex aetia, quam ex ira; quia prius & directius oritur odium ex tristitia, ex qua etiam ira causatur, 22. q. 34. 6. c. & q. 158. 7. ad 2.
- 13 Deus non potest odiri secundum se, sed oditur à damnatis & malis secundum effectus ejus, qui interdum eorum voluntati contrariantur, 1. q. 60. 5. ad 5. & 22. q. 13. 4. c. & 6. ad 2. & q. 34. 1. c.
- 14 Odium proximi est prius odio Dei, sed dilectio Dei est prior dilectione proximi, 22. q. 34. 6. ad 2.
- 15 Odium Dei est gravissimum omnium peccatorum, & est gravius quam infidelitas, 22. q. 73. 4. ad 3. & 22. q. 34. 2. c. q. 39. 2. ad 3.
- 16 Maxime est peccatum in Spiritum Sanctum, secundum quod peccatum in Spiritum Sanctum nominat aliquod genus speciale peccati; sed odium Dei non numeratur inter species ejus, quia est in omni specie ejus, 22. q. 34. 2. ad 1. c.
- 17 Deus odit peccatores, in quantum non vult eis bonum vite eternæ, sed amat omnes

creaturas, in quantum vult eis aliquid bonum, 1. q. 20. 2. ad 4. & q. 23. 3. ad 1.

Offensa Dei est infinita ex parte aversionis, sed est finita ex parte conversionis, & nostri actus, 12. q. 87. 4. c. ad 2. & 3. q. 1. 2. ad 2.

1 Officia humana pertinentia ad singulares personas, cum quibuscumque ordinibus angelorum similitudinem habeant, diriguntur per ultimum ordinem, in quantum participant virtutes superiorum; sed officia quæ ad multitudinem pertinent, diriguntur per principes, vel archangelos. Et ideo homo in prelatione constitutus illuminatur ab angelo inferiori, de iis quæ ad statum personæ suæ pertinent, sed ab angelo principe de iis quæ spectant ad regimen multitudinis, 1. q. 113. 2. ad 1.

2 Officia humana, ex quibus homines licite victum lucrantur, sive manibus, sive pedibus, sive lingua fiant, intelliguntur sub opere manuali, 22. q. 187. 3. c.

3 Quilibet obligatur ad exequendum officium quod accepit, 3. q. 67. 8. c.

Officium dicens in ecclesia, propter distributionem sicut propter principalem finem, peccat mortaliter per simoniam, non autem si ut sunt sibi necessarii ad victum, vel quasi stipendium, 22. q. 100. 2. ad 2.

1 Offuscatio lunæ non est propter interpositionem vel umbram alcujus rei, sed ex hoc quod est ultimum cælum; ideo convenit cum ultimo elemento, scilicet cum terra; nec unquam offuscatio lunæ removebitur, 1. q. 102. 1. ad 1.

1 Oleum tantum olivarum proprie dicitur oleum; alii vero liquores dicuntur oleum per similitudinem tantum, 3. q. 72. 2. ad 3.

2 Oleum significat gratiam, & misericordiam Dei, 12. q. 102. 3. ad 1. & 3. q. 72. 2. c.

1 Olfactus hominis non percipit nisi excellentiam odorum propter maximam humiditatem cerebri, 1. q. 91. 3. ad 1. item q. 115. 5. ad 1.

2 Olocautum in lege veteri totum comburebatur, & offerrebat specialiter Deo ob reverentiam majestatis, & amoris bonitatis ejus, 12. q. 102. 3. ad 8. & ad 10.

3 Inter omnia sacrificia olocautum erat perfectissimum; secundum vero locum in sanctitate tenebat hostia pro peccato; tertium hostia pro gratiarum actione; quartum hostia ex voto, quia homo maxime obligatur Deo; primo propter ejus majestatem; secundo propter offensam; tertio propter beneficia recepta; quarto propter beneficia sperata. Ideo de primo sacrificio nihil comedebatur, secundum comedebatur tantum à sacerdotibus in atrio, & ipsa die sacrificii; tertium comedebatur ubique in Hierusalem ea die; quartum vero comedebatur etiam in crastino, 10. q. 102. 3. ad 10. c.

4 Omnis

1 Omisio importat præmissionem boni debiti in ordine ad legem divinam, vel humanam, vel in ordine ad proximum; primo modo opponitur justitiæ legali: secundo vero modo justitiæ speciali, 22. q. 79. 3. c.

2 Non requiritur aliquem actum, sed consistit in sola negatione actus debiti, 12. q. 71. 5. c. & 22. quæst. 54. 2. ad 2. & quæst. 79. 3. c.

3 Est voluntaria, quia est in potestate voluntatis, non autem per actum voluntatis, 12. q. 71. 5. ad 2.

4 Pertinet ad actum exteriorem, & est effectus negligentiae, & opponitur justitiæ, 22. q. 54. 2. ad 2.

5 Non habet rationem culpæ, nisi secundum quod opponitur præcepto affirmativo; ideo non est peccatum tempore obligationis, quo iterato iteratur peccatum, 12. q. 71. 5. ad 3. & q. 75. 2. ad 5. & 22. quæst. 79. 3. ad 3.

6 Ut opponitur justitiæ legali est generale peccatum, speciale vero ut opponitur justitiæ speciali, 22. q. 79. 3. c.

7 Non est peccatum originale, sed est peccatum actuale, 22. q. 79. 3. ad 1.

8 Peccatum omissionis, & peccatum commissionis differunt specie materialiter, non autem formaliter, 12. q. 72. 6. c.

9 Omissioni debetur poena damni, & poena sensus, ratione radicis ex qua procedit, licet non necessario habeat actualem conversionem ad bonum commutabile, 22. quæst. 79. 4. ad 4.

10 Generale est omni sacramento, quod si omitatur aliquid de substantia sacramenti, oportet illud reiterari, 1. q. 38. 6. c.

11 Omnipotentia non potest communicari creature, 22. q. 178. 1. ad 1. & 3. q. 13. 1. c.

2 Filius Dei est omnipotens, & est æqualis patri in omnipotentia, 3. q. 42. 6. c.

3 In anima Christi non fuit omnipotentia simpliciter, nec respectu motus creaturarum, nec respectu proprietatis voluntatis, nec respectu proprii corporis, 3. q. 13. c. & q. 21. 1. ad 1.

4 Omnipotentia Dei non excludit impossibilitatem, & necessitatem à rebus, 1. q. 25. 2. ad 4.

1 Onocrotalus est avis orientis, habens rostrum longum, & in faucibus habens folliculos, in quibus primo ponit cibum, & post horam ponit in ventrem, & significat avaros, 12. q. 102. 6. ad 1. c. 3.

2 Operatio non recipit speciem ab operante, sed à principio operationis, 3. q. 19. 1. ad 3.

3 Omnis operatio motus quidam dicitur, 1. q. 73. 2. c.

4 Omnis

3 Est ultima perfectio rei, 1. q. 73. 1. c. & 12. q. 3. 2. c.

4 Modus operandi cujuslibet rei sequitur modum essendi ejus, 1. q. 89. 1. c.

5 Sicut unitas motus requirit unitatem termini, sic unitas operationis requirit unitatem objecti, 1. q. 58. 2. c.

6 Omnis operatio naturæ terminatur ad unum semper, & procedit vel ab uno principio intrinseco, scilicet à forma rei naturalis, vel ab agente extrinseco, ut in oculis operibus naturæ, 12. q. 95. 5. c.

7 Operatio suppositi non est de integritate unitatis ejus, sed sequitur eam, 3. q. 19. 1. ad 4.

8 Ex quolibet uno particulari opere proprio probatur tota virtus agentis, 1. q. 43. 4. ad 3.

9 Operatio est quasi medium inter operans, & operatum; ideo dupliciter potest considerari, scilicet respectu operantis, & respectu operati, 1. q. 36. 3. c.

10 Per opus manuale in lege veteri intelligitur hominis operatio licita pro victu, 22. q. 187. 3. c.

11 Nullum opus est acceptum Deo, nisi virtuosum, 22. q. 88. 2. c. ad 3.

12 Omnes operationes satisfactorie reducuntur ad tria, scilicet ad eleemosynam, jejunium, & orationem, 12. q. 108. 3. ad 4. item 4. c.

13 Operatio non attribuitur mobili, sed moventi, 12. q. 111. 2. c.

14 Nihil per se operatur, nisi subsistens, 1. q. 75. 2. 3. c. & 3. q. 151. 1. ad 3. & q. 20. 1. ad 2.

15 Quælibet res est propter suam operationem; & operatio est finis cujuslibet rei creatæ, 1. q. 65. 2. c. & q. 105. 5. c. & 12. q. 3. 2. c. & q. 49. 3. c. ad 3. & 4. ad 1. & 3. q. 9. 1. c. ad 1. & q. 32. 4. c.

16 Operatio attribuitur hypostasi, ut operanti, naturæ autem, ut principio operationis, 22. q. 58. 2. c. & 3. q. 19. 1. ad 3. & q. 20. 1. ad 2.

17 Omnis operatio corporis, vel est à naturali qualitate corporis, vel ab anima movente corpus, 12. q. 50. 1. c.

18 Opera hominis dicuntur viva, quæ sunt & sunt cum charitate; mortua vero dicuntur, quæ sunt sine charitate; sed opera mortificata dicuntur, quæ sunt cum charitate, & non sunt cum ea, propter sequens peccatum mortale, 3. q. 89. 4. 5. 6. c.

19 Opus dicitur mortuum dupliciter, scilicet effective, ut peccatum, & privative, ut operatio sine gratia, 3. q. 89. 6. c.

20 Sacramentum baptismi sine charitate est opus Dei, & non hominis etiam in facto; ideo non est opus mortuum, 3. q. 69. 10. ad 1.

- 21 Opera bona facta in charitate transeunt actu, & manent merito; ideo possunt mortificari, 3. q. 89. 4. ad 1.
- 22 Peccatum mortale mortificat opera iusta prius facta quoad meritum vite eterne; non autem quoad remissionem culpae, & quoad satisfactionem, 3. q. 88. 1. ad 3.
- 23 * Opera mortua sunt meritoria, non quidem propria, idest ex condigno, sed quasi similitudinaria, idest ex congruo, & hoc respectu triplis boni, scilicet consecutionis bonorum temporalium, dispositionis ad gratiam, & assuetudinis bonorum operum, 3. q. 89. 7. ad 3.
- 24 * Opera mortificata reviviscunt per poenitentiam, non autem opera mortua, 3. q. 89. 7. 6. 6.
- 1 Opinio est actus intellectus declinantis in unam partem contradictionis, cum formidine alterius, unde opinio est quoddam debile & infirmum, secundum Philosophum, 1. q. 79. 9. ad 4. & 22. q. 1. 4. c. & q. 2. 1. c. & 9. ad 2. & q. 63. 3. c.
- 2 Non potest esse de aliquo nisi per sensum, vel per intellectum, 22. q. 1. 4. c.
- 3 Opiniones contradictoriorum non sunt contradictoriae, sed sunt contrariae, 1. q. 17. 4. ad 1. & ad 3. & 12. q. 53. 1. c. & q. 64. 3. ad 3. & q. 77. 2. ad 3.
- 4 Opinio multorum est vera vel simpliciter, vel secundum partem, 12. quod. 3. 3. ad 3.
- 5 Opinio & suspicio possunt esse veri & falsi; ideo non sunt virtutes intellectuales, quia illae sunt tantum veri, 12. q. 53. 4. c. & q. 57. 2. ad 3. & 3. ad 1.
- 6 Aliquis potest simul habere scientiam veram, vel opinionem veram de uno contradictorio in habitu, & falsam de altero contradictorio in actu, vel de converso; non autem utramque simul in actu, 1. quod. 46. 1. ad 3.
- 7 Habens malam opinionem de proximo sine causa sufficienti, contemnit eum, & injuriatur ei, 22. q. 60. 3. ad 2. & 4. c.
- 1 Oppositio in sui ratione includit distinctionem, 1. q. 28. 2. c.
- 2 Oppositio relationis dupliciter differt ab aliis oppositionibus: quia semper unum aliorum oppositorum removet alterum; & semper unum est imperfectum respectu alterius, non autem in relativis, 1. q. 40. 2. ad 3.
- 3 Nulla oppositio est in divinis praeter oppositionem relativam, 1. q. 40. 1. ad 3.
- 4 Opposita possunt praedicari de eodem secundum diversa, non autem secundum idem, 3. q. 16. 4. ad 1.
- 5 Quot modis dicitur unum oppositorum, tot modis dicitur & reliquum, 22. q. 92. 2. ad 1.

- 6 Cognitio unius oppositi non tollitur per cognitionem alterius oppositi, sed magis juvat, 1. q. 14. 10. c. & 22. princ.
- 1 Opprobrium seu vituperium est testimonium de defectu alicujus, & praecipue secundum aliquam culpam, 22. q. 144. 3. c.
- 1 * Optimo opponitur pessimum, secundum Philosophum, 22. q. 34. 2. ad 4. & 4. ad 2.
- 1 Opus creationis mundi est quoad esse, opus autem distinctionis est quoad virtutes in communi; sed opus ornatus est quoad specialia, vel extrinseca, 1. q. 65. princ. & q. 70. 1. c. & q. 74. 1. c.
- 2 Fuit ante omnem diem naturae, non autem tempore secundum Augustinum, secundum autem alios; etiam tempore, 1. q. 74. 1. ad 2.
- 1 Oratio est actus rationis practicae, scilicet quia est vel petitio decentium a Deo, vel ascensus mentis in Deum, 22. q. 83. 1. c. & 3. ad 1. & 3. q. 21. 1. c. ad 3. & 2. c.
- 2 Est actus virtutis, scilicet laetitiae, non autem est actus doni intellectus, 22. q. 83. 3. c. & 15. c.
- 3 Est quodammodo desiderii nostri interpres apud Deum, 22. q. 83. 1. ad 1. & 3. c. ad 2. & q. c. princ.
- 4 Necessaria est post baptismum propter impugnantiam interioris, & exterioris, 3. q. 39. 5. c. fin.
- 5 Est in praecocepto religionis, quoad ipsum petere, sed quoad recte aliquid desiderare cadit sub praecocepto charitatis, 22. q. 83. 3. ad 2.
- 6 Conveniens est orare; & triplex error circa orationem reprobat, scilicet poenitentium quod res humanae non reguntur divina providentia; & poenitentium omnia etiam in rebus humanis ex necessitate contingere, sive ex immutabilitate divinae providentiae, sive ex necessitate stellarum, sive ex connexione causarum; & poenitentium dispositionem divinam providentiae variabilem esse, 1. q. 22. 2. c. & 22. q. 83. 2. c.
- 7 Error quintuplex circa orationem reprobat, 1. q. 22. 2. c.
- 8 Partes integrales orationis secundum Apostolum sunt quatuor, scilicet obsecratio, oratio, postulatio, & gratiarum actio; vel laus Dei, & supplicatio, secundum Ambrosium. Partes vero ejus subjectivae, idest species ejus sunt tres, scilicet supplicatio, postulatio, & infinuatio, 22. q. 83. 17. c.
- 9 Oratio tam privata quam publica debet esse vocalis quadruplici ratione, scilicet ut homo excitet seipsum ad devotum orandum; ut intentionem custodiat, ne mens evagetur; ut ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectione in consideratione mens in stertus, suspicia, jubilos & voces prorumpat

- ut quasi ad redditionem debiti homo Deo serviat, secundum illud rostrum quod ex Deo habet, idest non solum mente, sed etiam corpore: quod praecipue competit rationi, secundum quod est satisfactoria, 22. q. 83. 12. c.
- 10 Debet continuari, quomodo devotio potest conservari; 22. q. 83. 14. c.
- 11 Debet semper durare, secundum virtutem, non autem secundum essentiam, 22. q. 83. 14. c.
- 12 Fides, spes, & charitas praerogantur orationi, ratione propria orationis & ratione laetitiae, 22. q. 83. 15. c.
- 13 Oratio est meritoria, si ex charitate fiat, 22. q. 83. 7. ad 2. item 15. c.
- 14 Semper habet efficaciam impetrandi, si habeat quatuor condiciones, scilicet, si fiat pie, ad salutem, pro se, & perseveranter, 22. q. 83. 7. ad 2. & 15. ad 2. & 16. c.
- 15 Conditio quadruplex necessaria in qualibet oratione, scilicet elevatio mentis in Deum, fiducia impetrandi, gratiarum actio, & petitio, 22. q. 83. 17. c.
- 16 Debet habere septem condiciones, scilicet quod sit perfecta, humilis, continua, devota, vigilans, instans, & charitativa, 22. q. 83. 15. c.
- 17 Omnes orationes ecclesiae habent quatuor, scilicet invocationem Dei, commemorationem beneficii Dei, petitionem, & obsecrationem, 22. q. 83. 17. c.
- 18 Non exauditur, quando orans, vel ille pro quo oratur, vel ipsa petitio non placet exauditori, 22. q. 83. 15. ad 2.
- 19 Oratio malorum exauditur, & fructuosa est, vel propter devotionem eorum pro quibus fit, vel in quantum fit in persona ecclesiae, 3. q. 82. 6. c. & 7. ad 3.
- 20 Oratio peccatoris, in quantum ex bono desiderio naturae fit, exauditur ex misericordia Dei, & non ex merito peccatoris, non autem in quantum peccator, nisi ad vindictam, 22. q. 83. 16. c. & q. 178. 2. ad 1.
- 21 Oratio petentis contra salutem, vel contra gloriam Dei, magis exauditur non obtinendo, quam si obtineret quod petitur, 22. q. 83. 15. ad 2. & 16. c.
- 22 Effectus orationis triplex, scilicet meritum, impetratio, & spiritualis reflectio mentis, 22. q. 83. 13. 15. c.
- 23 Per orationem appropinquamus Deo, 22. q. 83. 1. ad 2.
- 24 Oratio praeminet aliis actibus virtutis religionis post devotionem, quia religio per orationem movet intellectum hominis in Deum, & tradit homo mentem suam Deo, subjiciendo sibi eam per reverentiam, & praesentando eam Deo, 22. q. 83. 3. ad 1. item ad 3.
- 25 Fit ad excitandum affectum nostrum;

- non autem ad docendum Deum, 22. q. 83. 2. c. item 9. ad 5. item 12. c. ad 1. q. 88. 1. c.
- 26 Fit non quidem ad mutandum dispositionem divinae providentiae, sed ad imperandum quod Deus disposuit, 1. q. 23. 8. c. & 22. q. 83. 2. c.
- 27 Orationes fiunt in horis canonicis ad salutem ecclesiae, ut avertatur ira Dei a populo, & ut orantes, sint quasi precibus dimittentes, & quasi divinae sententiae resistentes, 22. q. 83. 1. 4. c.
- 28 Principaliter innititur charitati, quoad efficaciam mercedis, fidei vero, quoad efficaciam impetrandi, 22. q. 83. 15. ad 3.
- 29 Ordinatur ad duo, scilicet ad objectum proprium, idest ad id quod petitur, & ad finem, idest ad vitam aeternam; ideo habet duplicem efficaciam, scilicet efficaciam impetrandi respectu primi, & efficaciam mercedis respectu secundi; primum pertinet ad misericordiam vel liberalitatem, secundum vero ad justitiam, 22. q. 83. 15. ad 2. & 16. ad 2. & q. 178. 2. ad 2.
- 30 Qui non attendit, vel non intelligit orationem, habet meritum, non consolationem, 22. q. 83. 13. c.
- 31 Ex virtute orationis Christi baptismus habet meritum regni caelestis, 3. q. 39. 5. c. fin.
- 32 In oratione peti debent aliqua determinata propter attentionem & cognitionem nostri desiderii, & ut ferventius fiat, 22. q. 83. 5. c.
- 33 Nihil debemus petere in oratione, nisi in ordine ad beatitudinem, 22. q. 17. 2. ad 2. item q. 83. 4. 5. c. item 6. c.
- 34 Temporalia possunt peti in oratione, sicut & desiderari, non quidem principaliter, sed ut necessaria, 22. q. 83. 6. c.
- 35 Hoc praecipue peccandum est in oratione, ut Deo uniamur, 22. q. 83. 1. ad 2.
- 36 Orare non convenit personis divinis, quia non habent superiorem, nec distinguuntur in essentia, ratione cuius fit oratio, 22. q. 83. 10. c.
- 37 Est proprium rationalis creaturae; ideo non convenit brutis, 22. q. 83. 16. c.
- 38 Sancti in patria orant pro nobis, non autem pro se, 22. q. 83. 11. c.
- 39 Oratio proprie fit ad Deum tantum, ut a quo debet expectari quod petitur; ad sanctos autem fit deprecatio, 22. q. 83. 4. c.
- 40 Solum Deo porrigitur, ut per eum implenda, sanctis vero & angelis, & hominibus, ut per eos impetranda suis meritis & precibus, & non ut Deus eas per eos cognoscat, 22. q. 83. 4. c.
- 41 Non debet fieri ad sanctos qui sunt in purgatorio, vel in hoc mundo, sed tantum supplicatio, vel petitio, 22. q. 83. 4. ad 3. item 11. ad 3.

42. Utile est orare sanctos inferiores quinquuplici ratione, licet superiores sint plus accepti Deo; scilicet primo ex hoc, quod aliquis quandoque majorem habet devotionem ad sanctum minorem, quam ad sanctum majorem; ex devotione autem maxime dependet orationis effectus. Secundo propter fastidium tollendum; quia assiduitas unius rei fastidium parit; & per hoc quod diversos sanctos oramus, quasi in singulis novus fervor excitatur. Tertio quia quibusdam sanctis datum est in aliquibus specialibus causis precipue patrocinari, sicut sancto Antonio ad ignem infernalem. Quarto, ut omnibus honor debitus exhibeatur à nobis. Quinto, quia plurium orationibus aliquando impetratur, quod unius oratione non impetraretur, 22. q. 83. 11. ad 4.

43. Sancti orantur nominibus propriis propter tria, scilicet quia hoc intraverunt; plus nobis innotescunt, & propter fidem resurrectionis infinuandam, 22. q. 83. 11. ad 5.

44. Cognoscunt in verbo orationes nostras ad eos, etiam mentales, sicut & omnia alia, quæ ad eos pertinent, 1. q. 107. 1. ad 3. & 22. q. 83. 4. ad 2. & 3. q. 30. 2. c.

45. Quilibet debet orare, & desiderare bona pro aliis, sicut & pro se, 22. q. 83. 7. c. & 3. q. 21. 3. ad 3.

46. Quilibet tenetur orare in communi pro suis inimicis; non autem in speciali, nisi in aliquo casu speciali, sicut in necessitatis articulo, 22. q. 83. 8. c.

47. Orandum est pro omni peccatore viatore, ut convertatur, & pro iustis ut perseverent triplici ratione, scilicet quia multorum præces facilius exaudiuntur; ut ex multis gratia agatur Deo de beneficiis, quæ conferuntur iustis, quæ etiam in utilitatem multorum vergunt, ut majores non superbiant, dum considerant se minorum suffragiis indigere, sed non impetratur, nisi pro prædestinatis, 22. q. 31. 2. ad 1. & 3. q. 83. 7. ad 3.

48. Orandum est pro infidelibus, licet non profit eis nisi convertantur, 22. q. 31. 2. ad 1.

49. Christus oravit secundum humanitatem tantum, triplici ratione, scilicet ut ostenderet se esse hominem, propter exemplum, & quod esset à Deo, 22. q. 83. 10. ad 1. & 3. q. 13. 4. ad 3. & 3. q. 21. 1. c. & 2. c. & 3. q. 43. 2. ad 2. & 3. q. 53. 4. ad 2.

50. Oratio Christi pertinet ad sacerdotium eius, 3. q. 22. 4. ad 1.

51. Quoad objectum fuit sensualitatis, non autem quoad actum, 3. q. 21. 2. c. & 4. c. ad 4.

52. Oravit pro se, & pro nobis quoad bona corporis, sed quoad bona spiritualia, oravit pro nobis, non autem pro se, 3. q. 21. 3. c. & 3. q. 22. 4. ad 1.

53. Dupliciter oravit pro se, scilicet exprimentendo affectum sensualitatis, vel voluntatis ut natura, quoad passionem transferendam, & secundum rationem quoad gloriam corporis; & sic omnis oratio ejus pro se & pro nobis, & voluntas impleta est, non autem primo modo, 3. q. 21. 3. ad 4.

54. Oratio dominica exponitur, 22. q. 83. 9. c.

55. Petitiones orationis dominicæ sunt septem secundum Matthæum, scilicet, sanctificetur, &c. Sed secundum Lucam sunt quinque, 22. q. 83. 9. ad 4. & ad 5.

56. Oratio dominica est perfectissima, quia continet omnia desideranda, & ordinem eorum; & informat omnes affectus, 22. q. 83. 9. c. princ.

57. Non oportet uti tantum verbis orationis dominicæ, sed oportet intendere tantum ad ea impetranda, quæ in ipsa continentur, 22. q. 83. 14. ad 3.

58. Non parcens, vel non habens peccatum, non peccat, dicendo orationem dominicam; quia dicitur in persona ecclesiæ, 22. q. 83. 16. ad 3.

59. Oratio dominica valet ad remissionem culpæ venialis, & mortalis, 12. q. 74. 8. ad 6.

60. Oratio vocalis est quantitas discreta, 3. q. 60. 8. c.

61. Sancti non omnia cognoscunt, cum essentiam Dei non comprehendant, in Verbo autem cognoscunt, quæ ad nos spectant, & per consequens nostras orationes, 5. q. 72. 1. c.

62. Sanctos interpellare debemus ad orandum pro nobis, 5. q. 72. 2. c.

63. Semper Deum suis precibus exorant, nisi ex parte nostra impediuntur, 5. q. 72. 3. c.

1. Ordinatio omnis est rationis, 22. q. 58. 4. ad 2. & 3. q. 73. 1. c. & 3. q. 88. 1. c.

2. Ad hoc quod aliqua sint ordinata, duo requiruntur, scilicet ordo ad debitum finem, & proportio ad ipsum finem, 12. q. 102. 1. c.

3. Totum quod est homo, & totum quod potest, & quod habet est ordinatum in Deum, 12. q. 21. 4. ad 3.

4. Ordinare & judicare alios est tantum prælatorum; sed ordinare actus proprios convenit cuilibet homini, 22. q. 45. 3. ad 2.

1. Ordo in ratione sua includit tria, scilicet rationem prioris, & posterioris, distinctionem, & originem, 22. q. 26. 1. c. & 6. c. fin.

2. Semper dicitur respectu principii, 1. q. 21. 3. c. & 3. q. 42. 3. c.

3. Ubi quod est aliquid principium, oportet quod sit aliquis ordo, quia ordo includit in se aliquem modum prioris & posterioris, quæ

quæ dicuntur secundum relationem ad aliquod principium, 22. q. 26. 1. c. & 6. c. fin.

4. Ordo finium est secundum ordinem agentium, quia omne agens ordinat effectum suum ad aliquem finem, 12. q. 109. 6. c.

5. Sicur ordo rationis recte est ab homine; sic ordo nature est à Deo, 22. q. 26. 1. c. & 6. c. fin.

6. Ordo tot modis dicitur, quot modis, & principium, scilicet secundum finem, secundum intellectum, & secundum singulas quatuor causas, 1. q. 21. 3. c. & 3. q. 42. 3. c.

7. Duplex, scilicet verus, & imaginarius, 3. q. 28. 3. ad 1.

8. Duplex, scilicet forme, & materie, 3. q. 62. 6. ad 3. & 3. q. 78. 4. c.

9. Dicitur dupliciter, scilicet relatio, & gradus faciens eam, 1. q. 108. 2. ad 1.

10. In rebus est ordo duplex, scilicet à principio, & ad finem, 3. q. 6. 1. ad 1.

11. Ordo universi duplex, scilicet creaturarum ad invicem, & creaturarum ad Deum, 1. q. 21. 1. ad 3. & 3. q. 47. 3. c. & 3. q. 103. 2. ad 3. & 3. q. 112. 5. ad 1. & 22. q. 26. 1. c. & 6. c. fin.

12. Ordo duplex, scilicet nature, & temporis generationis, 12. q. 62. 4. c. & 3. q. 83. 3. ad 2. & 3. q. 6. 1. c.

13. Ordo nature duplex, scilicet via generationis, & temporis, in causa materiali, ab imperfecto ad perfectum; & via perfectionis, & intentionis in aliis causis, à perfecto ad imperfectum, 1. q. 85. 3. ad 1.

14. In divinis est ordo nature secundum originem, sine prioritate, secundum quod una persona est ab alia, 1. q. 42. 3. c.

15. Ordo nature in divinis non est ex hoc quod natura ordinatur, sed quia ibi est ordo secundum naturalem originem, 1. q. 42. 3. c. ad 3.

16. Ordo originis in divinis melius nominatur ordo nature, quam ordo essencie, quia natura importat rationem principii, non autem essentia, 1. q. 42. 3. c. ad 4.

17. Ordo in divinis significat notionem originis in communi, non autem in speciali, 1. q. 42. 3. c. ad 1.

18. Homo subditur triplici ordini, scilicet rationis, hominis gubernantis temporaliter, vel spiritualiter, & Dei, 12. q. 72. 4. c. & 3. q. 87. 1. c. & 3. q. 3. c.

19. Quicquid est contra secundum ordinem, est contra primum, & tertium; & quicquid est contra primum, est contra tertium, & non à converso, quia primum includit secundum, & excedit eum, & tertium utrumque, 12. q. 72. 4. c.

20. Peccatum est contra hos tres ordines:ideo punitur triplici poena, scilicet remorsu conscientie, poena humana, & poena divina, 12. q. 72. 4. c. & 3. q. 87. 1. c. & 3. q. 3. c. ad 3. c.

21. Ordo in populo quadruplex, scilicet principium ad cives, civium ad invicem, ad extraneos, & ad domesticos, 12. q. 104. 4. c.

22. Omnes ordines civitatum reducuntur ad tres ordines, scilicet ad supremos, idest ad optimates, ad infimos, idest ad vulgus, & ad medios, idest ad honorabiles, 1. q. 108. 2. c.

23. Nullus potest conferri nisi ab Episcopo præter quatuor ordines minores, de licentia Papæ à solo sacerdote, 3. q. 65. 3. ad 2.

24. Sacer ordo apud Græcos, & alios orientales impedit matrimonium contrahendum, non autem jam contracti matrimonii usum; apud occidentales vero tollit contractum, & contrahendum, 5. q. 53. 3. c.

25. Vir absque uxoris consensu ad sacros ordines accedens, illos suscipit, quamquam ordinis executione careat, quam tamen suscipit uxoris consensu, vel morte, 5. q. 53. 4. c.

26. Ea quæ sunt ordinis non possunt committi, nisi habenti ordinem, 22. q. 187. 1. c.

27. Deus potest auferre ordinem collatum, non autem Episcopus, quia non est minister auferendi, sicut conferendi; nec dedit ordinem sed Deus, 3. q. 82. 8. c. & ad 2.

28. In Sacramento ordinis confertur excellentia potestatis in divinis ministeriis, 3. q. 84. 4. c.

29. Omnis ordo in quantum sacramentum ordinatur ad Eucharistiam, non autem in quantum est officium quoddam, 22. q. 26. 1. c. & 6. c. fin.

30. Festa præcipua in quibus episcopi dant quatuor ordines minores, pertinent ad diem dominicum, 3. q. 83. 2. ad 3.

31. Omnes minores ordines possunt simul eodem die dari; non autem duo ordines sacri, nec unus ordo minor, cum ordine sacro, 3. q. 65. 3. ad 2.

32. Servus ordinatus sciente domino ejus, & non reclamante, sit ingenuus, si vero dominus nesciat, episcopus, vel præsentans eum scienter, tenetur domino in duplum; si autem nesciant, redigetur in servitum, nisi possit se redimere, 22. q. 189. 5. c.

33. Oportuit in Ecclesia ordinem aliquem sacrum esse, quo quidam aliis ad illorum, & non sui utilitatem præfererent, 5. q. 34. 1. c.

34. Ordo signaculum quoddam Ecclesiæ est, per quod spiritualis potestas impenditur ordinato, 5. q. 34. 2. c.

35. Cum in susceptione ordinis quadam consecratio homini exhibeatur per visibilia signa, constat ordinem esse sacramentum, 5. q. 34. 3. c.

36. Conveniens forma hujus sacramenti est qua Ecclesia utitur, 5. q. 34. 4. c.

37. Specialem oportet esse materiam hujus sacramenti, sicut & aliorum sacramentorum, 5. q. 34. 5. c.

38 In sacramento ordinis, quo homo ad Allocated sacramentorum dispensationem ordinatur, necesse est conferri gratiam gratum facientem, s. q. 35. 1. c.

39 In omnibus ordinibus imprimatur character, s. q. 35. 2. c.

40 Character ordinis presupponit characterem baptismi, qui janua est omnium sacramentorum, s. q. 35. 3. c.

41 Quamquam maxime conveniens sit, ut qui ordinem suscipiunt sint confirmati, hoc tamen necessarium non est, s. q. 35. 4. c.

42 Non oportet ut qui majores ordines susceperunt, minores prius habuerint, quamquam Ecclesia sic ordinate ordines conferri statuerit, ut prius minores, deinde majores suscipiantur, s. q. 35. 5. c.

43 Bonitas vite ac conscientie nitor necessaria sunt ex divino precepto suscipientibus ordines sacros, non tamen de necessitate sunt sacramenti, s. q. 36. 1. c.

44 Ea tantum scire oportet ordinatos, que ad ordinis suscepi executionem conducant, s. q. 36. 2. c.

45 Non consequitur aliquis ex merito vite aliquem ordinis gradum, s. q. 36. 3. c.

46 Infidelitatis criminis reus est, quicumque indignum ad sacros promoverit ordines, s. q. 36. 4. c.

47 Mortaliter peccat quicumque in peccato mortali existens, sacros exequitur ordines, nisi hoc ex necessitate faceret, s. q. 36. 5. c.

48 Non unum, sed plures oportuit in Ecclesia sacros ordines esse, s. q. 37. 1. c.

49 Septem sunt ordines, videlicet sacerdotium, diaconatus, subdiaconatus, acolytorum, lectorum, exorcistarum, & ostiariorum, s. q. 37. 2. c.

50 Tres tantum sunt sacri ordines, sacerdotium, diaconatus, & subdiaconatus, s. quest. 37. 3. c.

51 Conveniens singulis sacris ordinibus assignatus est actus sacerdoti, videlicet baptizare, confirmare, a peccatis absolvere; diacono vero legere Evangelium, &c. s. q. 37. 4. c.

52 In ipsa calicis datione sub certa verborum forma imprimatur sacerdotalis character, s. q. 37. 5. c.

53 Ad Episcopos tantum pertinet omnes sacros conferre ordines, sicut ad eos etiam solos expectat confirmare, & virgines consecrare, s. q. 38. 1. c.

54 Possunt Episcopi heretici, & ab Ecclesia praeclis sacros conferre ordines, sicut & cetera sacramenta, ordinati tamen ab illis, nullam susceptorum ordinum executionem suscipiunt, nec gratiam, s. q. 38. 2. c.

55 Mulieres cum statum subjectionis habeant, sacramentum ordinis nequaquam suscipere possunt, s. q. 39. 1. c.

56 Pueri carentes rationis usu non nisi ex Ecclesie statuto impediendus, ne sacros suscipiant ordines, quos tamen suscipiunt ex vi sacramenti, s. q. 39. 2. c.

57 Servi non possunt ad sacros promoveri ordines, quos tamen suscipiunt si eis addentur, s. q. 39. 3. c.

58 Homicida a sacris arcetur ordinibus ex Ecclesie precepto, non autem necessitate aliqua sacramenti, s. q. 39. 4. c.

59 Illegitime nati impediuntur a suscipiendis ordinibus, precepti potius, quam sacramenti necessitate, s. q. 39. 5. c.

60 Mutillari aliquo membro notabilis infirmitate, vel quod ordinis executionem impediatur, arcetur a sacris ordinibus, s. quest. 39. 6. c.

61 Conveniens est, ut qui sacros suscipiunt ordines, consuetam deserant, s. quest. 40. 1. c.

62 Corona non est ordo, sed ad ipsum potius ordinatur, s. q. 40. 2. c.

63 Clerici suscipientes coronam non renunciant patrimonio, & aliis temporalibus rebus, s. q. 40. 3. c.

64 Oportuit in Ecclesia supra sacerdotalem ordinem, Episcopi potestatem esse, a qua sacerdos jurisdictionem susciperet, s. q. 40. 4. c.

65 Episcopatus non est ordo, nisi secundum quod ordo officium quoddam est ad sacras actiones, s. q. 40. 5. c.

66 Supra Episcopos in Ecclesia est superior summi Pontificis, & Papae potestas, quamquam Episcopi omnes aequales sint, quoad ea que ad Episcopalem ordinem spectant, s. q. 40. 6. c.

67 Omnibus Ecclesie ministris ad divina exequenda officia, variae ac multiplices aptitudines sunt vestes, prout unicuique convenire judicavit Ecclesia a Spiritu Sancto edocita, s. q. 40. 7. c.

68 Ordo fratrum Prædicatorum habet cautissimam, & securissimam formam profectendi, s. q. 186. 9. ad 1.

1 Philosophus dicit, neque stultus ad disciplinam esse adducendum, neque aliquod aliud artificiale organum, pura citharam, & si quid tale alterum est, sed quæcumque faciunt auditores bonos, s. q. 91. 2. ad 4.

2 Organis vel instrumentis musicis non est utendum in Ecclesia, quia hujusmodi musica magis animum movent ad corporalem delectationem, quam per ea formetur interius bona dispositio; & ideo subtrahuntur in Ecclesia instrumenta musica, ut a corporalibus retrahantur divinis laudibus mancipati, s. q. 91. 2. ad 4.

3 In veteri autem testamento usus erat talium instrumentorum, tum, quia populus erat

erat magis durus, & carnalis; unde erat per hujusmodi instrumenta provocandus, sicut & per promissiones terrenas; tum etiam, quia hujusmodi instrumenta corporalia aliquid figurabant, s. q. 91. 2. ad 4. fin.

1 Origenes erravit, sequendo opiniones Philosphorum antiquorum; ideo secundum eum, angeli sunt corporei, 1. quest. 32. 1. ad 1. & quest. 51. 1. ad 1. & 12. quest. 5. 4. c.

2 Fuit fons Arianorum, 1. quest. 34. 1. c. ad 1.

3 Origenes, & Arius dicunt, quod verbum in divinis dicitur tantum metaphortice, & non proprie, 1. q. 34. 1. ad 1.

1 Origo non significatur ut aliquid intrinsecum, sed ut via a re ad rem; ideo non potest esse primum distinctivum personarum in divinis, 1. q. 40. 2. c.

2 Ordo originis dupliciter convenit Deo, scilicet respectu creaturarum, & respectu personarum divinarum, 1. q. 41. 1. ad 1.

3 Omnis origo designatur per aliquem actum, 1. q. 41. 1. ad 1.

1 Ornatus exterior est indicium conditionis humanæ; ideo excessus, & defectus, & medium ejus reducuntur ad virtutem veritatis, s. q. 69. 1. ad 3.

2 In ornatu, & aliis exterioribus non est peccatum secundum se, sed ex inordinato usu, scilicet, vel contra consuetudinem, vel ex intentione vanæ gloriæ, vel mollietatis, vel sollicitudinis, vel negligentie, contra quæ est triplex virtus, scilicet humilitatis, per se sufficientia, & simplicitas, s. quest. 169. 1. c. & q. 187. 6. c.

3 Mulier vel vir ornans se, ut provocet alios ad concupiscentiam, peccat mortaliter; non autem semper si ornet se ex levitate, vel vanitate propter jactantiam, s. quest. 169. 2. c.

4 Mulier potest ornare se licite, ut placeat viro suo, non autem mulieres, quæ non habent virum, nec volunt habere, nec sunt in statu habendi, s. q. 169. 2. c.

5 Ornatus pretiosorum vestium in ministris altaris, vel in constitutis in dignitate, non est peccatum; quia fit ad gloriam Dei, & non ad gloriam ipsorum, s. quest. 169. 1. ad 2.

6 Ars eorum, quibus homo potest bene, & male uti, est licita; ut ars faciens ornatus; nisi forte inventiendo superflua, & curiosa, s. q. 169. 2. ad 4.

7 Expositio literalis, figuralis, & moralis ostuplicis ornatus pontificis legalis, & quadruplicis ornatus sacerdotum, s. quest. 102. 4. ad 9.

1 Oculum secundum quod fit principaliter causa libidinis, est peccatum mortale, si

fit de mortali ex genere suo; non autem si fit de veniali secundum suum genus, s. q. 74. 10. c. & quest. 108. 3. ad 2. & 22. q. 154. 4. c.

1 Osee propheta excusatur a fornicatione, quia debuit obedire precepto Dei, s. q. 94. 5. ad 2. & quest. 100. 8. ad 3. & 22. quest. 104. 4. ad 3. & quest. 154. 2. ad 2.

1 Ovis habet quatuor utilitates, scilicet, quia immolatur, pascit, lac, & lanam dat, ideo furans ovem quatuor reddit, s. quest. 105. 2. ad 9.

2 Oves, & hircos Ægypti colebant, quia demones in eorum figura apparebant, s. q. 102. 3. ad 2.

1 Oza erat tantum levita; ideo percussit eum Deus, quia tetigit arcam, quod solis sacerdotibus licebat, s. q. 33. 4. ad 1.

P

1 Pactum cum demonibus initum, expressum, vel tacitum prohibetur primo precepto decalogi, s. q. 122. 2. ad 3. item 3. 4. c.

2 Palpabile corpus dicitur ex duobus, scilicet, ex qualitibus tangibilibus, & quod resistat tangenti; primum deficit ipsis oculis, secundum aeri, s. q. 54. 2. ad 2.

2 Omne palpabile est corruptibile per naturam, licet sit incorruptibile per gloriam, s. q. 54. 2. ad 2.

1 Panum conversio, & multiplicatio eorum facta per Christum fuit per additionem materiae noviter creatæ, s. q. 92. 3. ad 1. item 3. q. 44. 4. ad 4.

1 Papa habet plenitudinem pontificalis potestatis, sicut rex in regno; sed Episcopi assumuntur in partem sollicitudinis; quasi iudices singulis civitatibus prepositi, s. q. 112. 2. ad 1. & 22. quest. 89. 9. ad 3. & quest. 72. 11. ad 1.

2 Potest abolere infamiam juris, sed dicitur non posse, quia aliquando non expedit; vel intelligitur non posse, loquendo de infamia facti: vel loquatur de infamia irrogata per iudicem civilem, sicut dicit Gratianus, s. q. 68. 4. ad 3.

3 Erroneum est dicere, Papam Vicarium Christi non habere universalis Ecclesie primatum, s. q. 112. 2. ad 2. fin.

1 Leo Papa propria sponte se subdidit iudicio Imperatoris; & Christus hominibus, s. q. 64. 5. ad 2. & q. 67. 1. ad 2.

1 Parabola est sententia habens obscuram similitudinem, s. q. 1. 10. c. ad 3.

1 Paradysus triplex, scilicet, terrestris, celestis, & spiritalis, idest, visio Dei, s. q. 102. 1. 6. item 22. q. 175. 3. ad 4. & 3. q. 52. 4. ad 3.